

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

Franciscisantii Brocensis grammatica latina

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

FRANCISCI SANCTII
BROCENSIS
GRAMMATICA
LATINA.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

GRAMMATICA est ars recte loquendi: cuius finis est congruens oratio. Oratio constat ex vocibus: Voces ex syllabis: Syllabæ ex literis.

Litera est individui soni comprehensio: est que Vocalis, aut Consona.

Vocalis est litera, quæ per se syllabam efficit; ut *a, e, i, o, u*. Ex his quatuor sunt Diphthongi, *æ, œ, au, eu*; ut, *æs, poena, laurus, eurus*: & *yi* Græca; ut, *Harpyia*.

Consona sine vocali syllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus septem Semivocales; *l, m, n, r, s, z, x*. Sed *l, r, s*, liquefunt præcedente muta. Muta octo; *b, c, d, f, g, p, q, t*,

U, post *q*, liqueficit: & post *g*, & *s*, aliquando; ut, *sanguis, suavis*.

f, & v, fiunt consonantes, si feriant vocalem; ut, *Juvat, r, solis Græcis vocibus accommodatur*, & est *U* nostrum. *H*, litera non est, sed aspirationis nota. *X, & Z*, sunt *Duplices*, & *f*, inter vocales; ut, *ajo, Caius*.

Sylla-

2 De Nomine.

Syllaba est integri soni comprehensio; ut, dos, flos. Hæc aut est *brevis*, quæ unum tempus consumit: aut *longa*, quæ duo, aut *anceps*, ut mox dicetur.

Vox seu *dic̄io* est, qua unumquodque vocatur. Cui accidentū *Accentus*, *Figura*, *Species*. *Accentus* est vocis modulatio, de quo postea. *Figura* ostendit, sitne vox simplex, an compo-sita. *Species*, sitne vox prima, an aliunde flexa. Voces omnes aut numeri participes sunt, aut expertes.

Numerus est differentia vocis secundum unitatem, aut multitudinem. Et est duplex, *Singularis*, qui unum significat; ut, homo vivit: *Pluralis*, qui plura; ut, homines vivunt.

Voces numeri participes sunt; *Nomen*, *Verbum*, *Participium*: Expertes numeri; *Præpositio*, *Adverbium*, *Conjunctio*. Quæ partes orationis appellantur.

DE NOMINE.

Nomen est vox particeps numeri casualis cum genere. Ex quibus differentiis oritur *Declinatio*.

Casus est specialis differentia numeri nominis. Sunt autem *casus* sex. Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocabitius, Ablativus.

Genus est differentia nominis secundum sexum. Genera sunt tria: *Masculinum*, cuius nota est *hic*, ut, hic dominus: *Femininum*, *hoc*; ut, hæc musa: *Neutrum*, *hoc*; ut, hoc templum. *Dubium* verò solo auctorum arbitrio, nunc masculine, nunc effertur foeminate, ut, *hic* vel *hec* cortex.

Di-

De specie Nominum.

3

Dividitur nomen in Substantivum, & Adjectivum. *Substantivum* est, quod cum uno genere declinatur; ut, pater, mater. *Adiectivum*, genus non habet, sed terminaciones ad genera, vel *sub uno fine*; ut, felix, par, oriens: vel *sub duobus*; ut, fortis, & forte, dis, & dite: vel *sub tribus*; ut, bonus, bona, bonum. Hispanè fere semper significat Cosa.

Declinationes quinque sunt. *Prima* facit genitivum singularem in *e*; ut, musa musæ. *Seconda* in *i*; ut, dominus domini. *Tertia* in *is*; ut, sermo sermonis. *Quarta* in *us*; ut, sensus sensus. *Quinta* in *ei*; ut, dies diei.

De specie Nominum.

Derivativorum nominum plura sunt genera, sed haec præcipua; *Possessiva*, *Deminuta*, *Comparantia*, *Superlata*.

Possessivum est, quod idem significat, quod genitivus unde creatur; ut, paternus, meus, tuus, suus.

Deminutum, quod minus significat quam suum primogenitum, cuius semper genus, & significationem servat; ut, à fune *funiculus*, à rege *regulus*.

Comparans nomen est, quod unum, vel plura, sui, vel alieni generis superans dissolvitur in positivum & adverbium *Magis*; ut, *doctior*, magis doctus. *Comparantia* non sunt nisi à nominibus adjectivis, quæ positiva vocantur, à primo casu in *i*, addita *o R*; ut, penitior à penitus, a, um.

Superlatum nomen est, quod dissolvitur in positivum & adverbium *Maxime*; ut, *diffissimus*, maximè doctus.

Su-

4 De Specie Nomin. & Verbo.

Superlata fiunt ab eodem casu , addita **S S I**-
M U S; ut , *potissimus* à potis & poste.

Hæc tria dant **L L I M U S**; *Similis*, *facilisque*,
humilisque.

Cum rectus sit in **E R** , ternus gradus in
R I M U S exit;

Ut *veter* , & *deter* : queis *matur* jungito pri-
scum.

Sex **T I M U S** accipiunt , *dexter* , *citerque* ,
sinister ,

Interus , atque *ulter* : *extremus* & *extimus extre*.
Inferus infimum habet : *superus* , cuma *posterus*

E M U S.

Bonus melior optimus : *Malus* pejor pessimus :
Magnus major maximus : *Parvus* minor mini-
mus : *Multum* plus plurimum. Et composita à
dico , *facio* , *volo* , quæ faciunt **E N T I O R** , **E N-**
T I S S I M U S; ut *maledicus* , *beneficus* , *be-*
nevulus.

Quædam carent aliquo gradu ; ut , *Primus*
prior : *Senex* senior : *Juvenis* junior : *Adolescens*
adolescentior : *Proximus* proximior seu pro-
prior. *Pius piissimus* : *Falsus falsissimus* : *Invitus*
invitissimus : *Novus novissimus* : *Ocyo* *ocysti-*
mus , ab *ocys* *Græca*.

D E V E R B O.

Verbum est vox particeps numeri persona-
lis cum tempore. Ex his differentiis oritur
Conjugatio.

Persona (quæ rectius *facies* diceretur) est spe-
cialis differentia numeri verbalis. Ea est triplex ,
Singularis prima ; ut , *amo* : *Secunda* , ut , *amas* :
Tertia ; ut , *amat*. *Pluralis prima* ; ut , *amamus* :
Secunda ; ut , *amatis* : *Tertia* ; ut , *amant*.

Hæc

De Particip. & Præposit.

Hæc dividit verbum omne in *Personale*, &
Impersonale; ut, amo, legam: amare, legisse.

Tempus est differentia verbi secundum præsens, præteritum, & futurum. Verbi finiti quinque sunt *Tempora*: *Præsens*, *Imperfectum*. *Perfectum*, *Plusquamperfectum*, *Futurum*. Verbi infiniti totidem sunt, sed indistincta: Nam *amare* omnium temporum esse potest.

Conjugationes quatuor sunt. *Prima* habet *as*, in secunda persona primi præsentis; ut, amo amas amare. *Secunda* *es*; ut, moneo mones monere. *Tertia* *is*, & infinitum in *ER* & *breve*; ut, lego legis legere. *Quarta* *is*, & infinitum in *I* & *E* longum; ut, audio audis audire.

DE PARTICIPIO.

Participium est vox particeps numeri casuatis, tempus, & constructionem à verbo dicens: *Amans*, *amaturus* in activa omnia tempora ad significant: sicut *Amatus*, & *amandus* in passiva.

DE PRÆPOSITIONE.

Præpositio est vox expers numeri, quæ casibus præponitur, & in compositione reperitur.

Præpositiones *Accusativi* sunt: *Ad*, *apud*, *ante*, *adversus* vel *adversum*, *cis*, *citra*, *circum*, *circa*, *contra*, *erga*, *extra*, *inter*, *intra*, *infra*, *juxta*, *ob*, *pone*, *per*, *propter*, *post*, *præter*, *penes*, *supra*, *secundum*, *trans*, *ultra*.

Ablativi sunt: *A*, *ab*, *abs*, *absque*, *cum*, *coram*, *de*, *è*, *ex*, *pro*, *præ*, *palam*, *sinc*, *tenus*.

Act.

6 De Adverb. Conjunct. & Gen. Nomin.

Accusativi & Ablativi: Clam, in, sub, subter, super.

Præpositiones seu adverbia, quæ tantum in compositione reperiuntur: Am, con, dis, di, re, se.

DE ADVERBIO.

Adverbium est vox expers numeri, quæ aliis vocibus tanquam adjективum adjungitur; ut, valde constans; differit acutes, bene manet. Adverbia sunt etiam: circiter, prope, proximè, pridie, postridie, procul, secus, usque.

DE CONJUNCTIONE.

Conjunctionio est vox expers numeri, quæ orationes conjunguntur; etiam si sensa separantur; ut, Romæ, vel in agro vivit.

DE GENERE

NOMINUM.

Regulae Generales.

Propria cuncta genus renuant, raro inspicie fines.

Inferiora etenim nomen generale sequuntur: Vir, mons, urbs, fluvii, insula, fabula, navis, & arbor.

Mascula sunt hominum officia. Et muliebria dant, hæc.

Non variata feras neutra: & pro nomine sumtum.

D*i*

De genere Dubio.

Hic aut haec sit adeps, calx, cortex, clune, canalis;
Atque dies, finis, forceps, tum grossus, &c imbrex,
Linter, margo, & onyx, pulvis, pumexque pe-
nusque,
Scrobs, species, atque silex, stirps trunci, torque
varixque,
Multaque quæ è Græcis OS, in US vertê-
re Latini.

Regulae Terminationis.

A, & E, fœmineum. Adria mas, planeta, co-
meta.

Ternæ A, & E, neutrum, ceu pascha, em-
blema, cubile.

O, mas. Hæc DO, GO, per IN IS. Mas
cardo, vel ordo.

Hæc caro: & verbale in IO: queis talio junges.

C, T, L, UM, neutrum. Sal, mugil, soleque
virile.

N, mas. MEN, neutrum: gluten, simul in-
guen, & unguen:

Atque ON non ternæ. Hæc sindon, icon, aëdon,

AR neutrum. ER mas. Hoc cicer, uber,
verque, cadaver,

Jungis iter, tuber, verber, piper, atque papaver.

OR, mas. Hæc arbor. Neutrum cor, mar-
mor, & aquor.

UR, neutrum. Mas turtur, vultur; jungito
furfur.

AS, ES, IS, muliebre. As, & sua turba
virile.

Vas vasus neutrum. Hic elephas, adamasque, tiaras.

T t Hic

8. De Genere Nominum.

Hic *aries*, *paries*, *pes*, *verres*, *meridiesque*:
ES plurale: ES, ITIS crescens: E Sque ad-
dito Græcum.

Hic *pollis*, *fascis*, *junge ensis*, *piscis*, & *axis*,
Gla, *cucumis*, *menis*, *vermis*, *cum sanguine*,
postis,

Et *torris*, *caulis*, *follis*, *vettis*, *lapis*, *unguis*,
Et *cenchrus*, *retis*, *vomes seu vomer*, & *anguis*,
Fusfe, *orbis*, *callis*, *collis*: Finita NIS adde.
OS, US, mas. Hæc dos, eos: Neutrums
os oris, & offis.

Hæc *bunus*, hæc *alvus*, *vannus*, *domus*, & *co-*
lus, *idus*,

Porticus, atque *tribus*, cum *ficus*, acisque ma-
nusque.

Hoc *pelagus*, *pelagum*, *vulgas*, *vulgan*, hoc quo-
que *virus*.

US, ternæ neutrū. Mas *mus*, *grus*, *pus*, *le-*
pus, & *sus*.

Hoc *as*. Hæc capiunt variata per UTIS, &
UDIS.

S, muliebre. Hic *mons*, *fons*, *dens*, *pons*: Græ-
ca, ut *hydrops*, *seps*.

X, data foemineis. Hic *grex*: Polysyllaba in
AX, EX.

Foemineum *fornax*, *halix*, *carexque*, *superlex*.

Mas *lynx*, *fornice*, *oryx*, *phœnix*, *calyxque*, *calix-*
que.

D E N O M I N U M DECLINATIONE.

In neutrī primus, quartus, quintus similes
funt.

Tres iidem casus plurales a, retinebunt.

Est

De Nominum Declinatione 9

Est quintus recto similis : S, tollito Græcis,
Tertius & sextus plurales assimilantur.

Prima Declinatio.

Prima dat A, nostris : AS, ES, E, Græca
dabuntur.
E, dabit es, patrio : quarto en : atque e,
dato sexto,
Auras aurai patrio dant s̄ape poētæ.

Secunda Declinatio.

Altera ER, US, UM, virque, saturque :
EUS pone Pelasgis.
Vir, puer excrescunt; velut R, si RUS de-
dit olim.
US, per E, mutabit quintus : Deus excipe
tantum.
Sed proprium per IUS, dabit I. Dic mi quo-
que fili,
Dique dei, atque deis dī. Hic sed s̄ape poētæ
Orpheos, Androgeo patrio, dantque Orpheos
quarto.

Tertia Declinatio.

Tertia dat varios fines, tamen is genitivo.
IS, nec E, crescunt, vates, verres : ES, mu-
liebre.
A, dat ATIS. Sed O, ONIS. Nemo, cardo,
homo, Apollo,
DO, GO, fœmineum, margo, ordo INIS.
Caro carnis.
Unedo fert ONIS. Anio Ñerioque dat ENIS.
Crescit IS, L, N, R. Lac lachis, lacte hoc
olim.

T 2

MEN,

10 De Nominum Declinatione.

MEN, CEN, pecten, INIS: gluten simul,
inguen, & unguen,
ON, aliquando ONTIS Græcis. Cor nata-
que cordis,
BER, BRIS. CER, CRIS. TRIS La-
tium in STER, TER: nisi later.
Robur, ebur, femur, atque jecur mittuntur in
ORIS.
Postulat AS, ATIS. Sed ADIS dat Græ-
cus & ANTIS.

Vas vadis & vasis, as assis, mas maris optat.
ES, dat ITIS. Cererisque Ceres. ETIS ariet-
e, perpes.
Præpes, hebes, paries, terres, indiges, interpres-
que,
Inquies, & locuples, magnes, & cætera Græca.
EDIS pes, merces, haeres. IDIS à sedeo or-
tum.
Sed teges, atque seges, abiesque, quiesque dat

ETIS.
Græca IDIS: & cubis, lapis. ITIS disque,
quæris, lis.

Glis gliris. Cucumis, pulvis, vomis, civis
ERIS.

Pollis, sanguis INIS: Simois, Pyroisque dat
ENTIS.

OS, ORIS, ceu flor. OTIS sed compon &
impos:

Et Græca: atque nepos: tum dos, os, atque
sacerdos.

Quædam ois, ut Minos, custodis, bos bovis;
offis.

US, ERIS. Stercus ORIS, lepus, atque decus,
facinusque,

Et nemus, & tergus, pectus, cum tempore, fri-
gus,

Hoc

Hoc præ-
gau.
UDIS dat
VTI
Interiu., vi
Gra & sic
VRIS
PUS deinceps
pida
Erit, me
AUD
S, fine vo
TIS
Leus, fru
cap
I, medi
q
E, per
1
X, in
fa
(Demp
v
In G 18
m
Frugit, b
G
CHIS.
fem
Fremineu
dat
lu fair, &
Græca in
laba
Serua ve
natur

De Nominum Declinatione. II

Hoc pecus, & littus, corpus, cum fænore, pinguis.

UDIS dat subfus, palus, incus. Dat salus
UTIS,

Intercus, virtus, servitque juvenque, senectus.
Grus & sua dat uis. Tellus, monosyllabaque
URIS.

PUS deducit **ODIS.** Sed in **UNTIS** opida quædam.

Æs æris, præs prædis habent. Laus, fraus petit
AUDIS.

S, sine vocali (ut frons, lens, puls) vertitur in
TIS.

Lens, frons, glans, nefiens, libripens **DIS.** Au-
cupis auceps.

I, mediat cum BS, PS, syllaba finit: hyems-
que.

E, per **I**, mutabunt polysyllaba. Sed caput
ITIS.

X, in **CIS** verte, ut fax. **LECTILIS** edo
supellec.

(Dempto halex, vervex) **E**, per **I**, polysyllaba
vertunt.

In **GIS** lex, gres, rex, remex, Phryx, conjugæ;
mashæ.

Frugis, & impetigis, Styx, strix: & pleraque
Græca.

CHIS dat Onyx. Nox noctis habet. Nivis, &
jenis edam.

Fœmineum **IS** non crescens, EM, five IM,
dato quarto.

IM sitis, & tuffis, vis, buris, pelvis habebunt.
Græca in **IS**, IM five IN mittunt parasylla-
ba, ut Iris.

Sextus E vult semper. Sed e aut I, postulat
imber:

12 De Nominum Declinatione.

Atque adjectiva, ut *pugil* & **TRIX**: adde
supellec,
Anne, *ignis*, *postis*, *vectis*, *rus*, *anguis*, & *un-*
guis.

Quartus in **E M** five **I M**, semper dabit **I**,
vel **E**, sexto.

AL, **AR**, **E**, neutrum **I**, dat; sed **E**, *far*,
nectar, *jubar*, *hepar*.

Plus, *pluri melius*: sic **I M** aut **IN** dantia
quarto.

ES, *recto* & quarto; sed **I A**, cum sextus
habet **I**.

Comparativa tamen per **A**, solum, *plusque*,
vetusque.

UM patrius; sed **I U M** dabit *imber*, *uter*, *ca-*
ro, *linter*:

Quæque in **I A** mittunt rectum: queis addis
aplustra.

ES, **IS**, non crescens (*vates*, *juvenis*, *canis*)
U M dant;

Sed monosyllaba **I U M**: *præter* *dux*, *nux*, *sue*,
grus, *frux*,

Ren, *fur*, *flos*, *mos*, *Tros*, *grex*, *lex*, *rex*, *vox*,
laus, *pes*, *prex*:

Atque *boum*, *bos*, *bubus*, *bobus* pone dativo.
Tertius est in **I B U S**; sed **A T I S** magè neu-
tra *Pelasga*.

Tres casus Græcos retinent hic saxe poëtae,
Si crescat nomen, ceu *Pallados*, *Hectora*, *Troas*.

Quarta Declinatio.

Quarta dat **U S** recto: dat & **U** prius in-
variatum.

Quattuor **V B U S** habent, *arcus*, *partus*, *tribus*,
artus,

Quinta

eclinatione.
& TRIX: *et cetera*

mu, angā, &c.
semp̄ dābā
i, dat; fed t, j
M ait IN dam
d 1A, cum feru
A, fōrum, pōfque,
dabit inde, utrū;
rectum: quādū
poter, jecor, &c.
: prater, iecor, &c.
u, gne, t, m, &c.
, dabo pīcēdū
sed & tu nō pīcēdū
nent hīlēnta,
Pallade, illa, tra
eclinatione.
dat & U pīcēdū
t, am, tata, reba
gīta

De Præteritis & Supinis. 13

Quinta Declinatio.

ES, olim patrius : sed & E : II, sēpe
poëtæ.

ERUM, EBUSQUE caret pluralis, tolle
dues, res.

D E V E R B O R U M
P R A E T E R I T I S & S U P I N I S.

Compositum, simplexque modo flectuntur
codem :

Quum geminat simplex composta tolle priorēm :

Præter posco, disco, sto, do : vult currit utrumque.

Nomina sunt Pransus, cœnatus, potus, acutus,

Et laetus, latus, magnus, cum cautus, adultus,

Gavisus, solitus, falsus, tum cassus, &c ansus.

Prima Conjugatio.

Prima dat AVI, ATUM: Melius tamen hæc
U, ITUM,

Sunt domo, crepo, sono, tono, cumbo*, veto : ap-
plicat Ex, In.

Et seco dans secum: neco neatum, sic frico frictum.

Ast lavo dat lavi lotum: luit & lutum ab illo.

Dimicat avi atum: micui micat absque supino.

Do dedi, atque datum: dididitum germina ternæ.

Sto stetit &c statum: composta stititum & atum.

Potum & potatum poto. Juvo juvi adjutum.

Secunda Conjugatio.

ES, dat uī, dat ITUM: *Doco docum: Teneo tentum:*

Misceo mistum: Torreo tostum: Censeo censum.

Et Careo caritrum: Strido, strideo stridi.

DI, sum dant *Video*, cum prandeo: *Sedeo sessum:*

Mordeo, cum pendeo, tondeo. Spondeo geminabunt.

SI, sum rideo, suadeo, hæreo, ardeo, maneo
(Quod per E, In, Præ, Pro, MINUI facit,
absque supino,)

Mulgeo, mulgeo, tergeo. Jubeo jussi jussum.

Torqueo dat tortum. Indulgeo indultam habebit.

Urgeo, cum fulget, junge algeo absque supinis.

XI luceo, lugeo, frigeo tantum. *Augeo XI,*

CTUM.

EVI, ETUM pleo, rieo, deleo, & fleo, neo:
Quæque Oleo gignit, velut obsoleo, atque abolevit.

Cleo civi citum: cuius composita quartæ.

Dant VEO, VI, TUM. Faveo fautum. Sed
caveo, atque

Flaveo, cum paveo, liveo privabo supinis.

Tertia Conjugatio.

Composita à Specio, Lacioque, EXI, ECTUM
habebunt.

Elicio eliciū elicitum. Rapiō rapui raptum.

Mejo minxi miscitum. Facio, facio, ecī aētum.

Capio ceipi captum. Cœpi cœptum; coepio non est.

A Quatio cussi cussum. Fodio fossum.

Pario peperi partum. Cupio cuprivi cupitum.

Fugio

De Præteritis & Supinis. 15

Fugio fugi fugitum. Sapi sapui, junge sapivi.

Verba per UO, divisæ uī, & utum habebunt.

Sed ruo itum habet; utum tamen compositiva.

Fluo fluxi fluxum: Atque struo struxi struetum.

A Gruo, & Nuō, & Metuo, & Batuo, absque supinis.

Bibo bibi bibilitum. Vult nubo, scriboque PSI,
PTUM,

*Dico, duco, XI, CTUM. Vincò & Ico, iti,
ictum.*

Parco, pepercí parsi parsum quoque mitte sapino.

*SCO, VI, TUM vertas, ut nosco, quiesco,
suesco.*

Agnoſco, & cognosco ITUM. Pafco quoque paſſum.

Compesco, diſpēſco uī. Difco didici. Posco poposci.

DO, DI, SUM. Scindo, fundo, fendoque linquunt;

Sed geminant pendō, tendō: & tutudi tundo.

Pedo pepēdi, carens. Cado cecidi. Cædo cecidi.

Dat pando paſſum, paſſum. Dat frendoque freſſum.

SI, SUM claudio, (cedo cefſi) & diſvido, plundo,

Vado, ludo, laeo, cum rado, rodoque, trundo.

*GO, XI, CTUM; sed fingo, ſtringo, pingoque,
pango,*

Deme ſupino N. Et pepigi dic quoque pago.

Figo & frigo XUM. Pungo punxi pupagi punctum.

Tango terigi taſſum. Frango & ago egi actum.

Lego legi lectum. Dego, prodigo EGI, nec ultra.

EXI, ECTUM intelligo, diligō, negligō for-
mant.

*SI, SUM dant mergo, cum ſpargo, jungito
tergo,*

Veho vexi vextum: Traho traxi traxtum habebit.

T 15 LO,

16 De Præteritis & Supinis.

LO, LUI, LITUM. Colo, consulo, occule, ultum.

Præcello, excello, antecelioque carento supinis.

Pello pepuli pulsū. Percello perculti percussum.

Fallo fefelli falso. Vello velli vulisque vulsum.

Sustulī sublatum tollo, Sallo falli falsum.

MO, UI, ITUM. Como, demo, sumo, promoto, si, tum.

Emo emi emtum. Atque premo pressi pressum.

Cano cecini cantum: CINUI, CENTUM compositiva.

Cerno crevi cretum. Atque sferno sferui sferatum.

Tenno tempsi temptum. Ac sterni stravi stratum.

Lino levi litum, raro lini, dat quoque livi.

Pono posui positum. Gigno genui genitum. Sino frisi fistum.

PO, PSI, PTUM. Rumpo rupi ruptum. Strepo strepui.

Coquo coxi coctum. Et linguo liqui relictum.

Verro verri versum. Et cursum curro cucurri.

Gero gesti gestum. Fero tuli latum, Uro ussi ussum.

Sero sevi satum: nata EVI, ITUM, & ERUI, ERUM.

Tero trivo tritum. Et quero quæsti quæstum.

ESSO, dat si, sivi, situm. Dat visoque visi.

Pinsuit à pins; pinsusque, & pinsita, pinsa.

CTO, XI, XUM. Neeto quoque xui. Peto ivi, itum.

Mitto missi missum; sed meto messui messum.

Verto verti versum. Sterto stertui absque supino.

Siffo sifiti statum.

Solvo, volvo in vi, & in utum.

Vivo vixi viellam; sed texo texui textum.

Quay.

& Supinis.
Cub, confid, m
arente supinis,
rati per se, vni
vulnus vultus,
vulnus, vultus,
v, dura, fum, pro
pro pif profan,
CENTUM COM
ru hys frument,
ru hys frument,
dat quoque levi
ru gaudium. Sin fo
prope rupi regnum, &
Ex latus ratione,
im cura curat
atrum, Unus glori
I, ITIN, & II, II
quodam natus
V I, SITUL
& pista, mi
ta quodam
ta mefia, q
derius alia, b
alor IT VI, & I
tenui, tenui

De Præteritis & Supinis. 17

Quarta Conjugatio.

I VI, ITUM, quarta. Sepelio, singultioque
ULTUM.

X I, CTUM vincio, amicio, sancio quod &
IVI, ITUM.

Aperio, operio ui, ERTUM; sed ER I com
perio, reperio.

S I, TUM farcio, fulcio, sarcio, sepio. Haurio
haustum.

Sentio dat sensum. Salio salui, salii saltum.

Venio veni ventum. Veneo venivi, dic quoque
venii.

De finitis in OR.

Ex OR finitis activam fingito vocem:

Ut, laetor, laeto latatum: hinc excipe pauca.
Commentus, comminiscor. Loquor & sequor utrus.

Et labor, lapsus. Queror questus. Utor & usus.

Passus dat patior. Adipiscor poscit adeptus.

Mortuus à morior. Nasco natum. Ortus orri.

Dat fateor fassus. Ratus à reor. Ordior orsus.

Experior, miseri eri ERTUS. Paetusque pacis cor.

Atque fruor frutus. Mensus, gressusque, profe
sus,

Ultus, & experrectus, nactus, nixus, oblitus.

Carentia Præteritis & Supinis.

Queso, aveo, ferio, furit, ajo, polleo, gliso.

Ambigoque, & vergo, calvo, cum mareo, turget,

Connivet, psallo, sido, lambo, scabo, glubo:

In SCO inceptivum, conquinisco, kisco, fatisco.

Et ringor, vescor, liquor, medeor, reminiscor.

DE

D E Q U A N T I T A T E
S Y L L A B A R U M .

Simplicis observant composta creataque normam.
Compositi pars prima brevis, quum I, dicitur, aut O.
Deme dies medius, tibicen, ubique, & ibidem.

De diphthongo. & positione.

Diphthongum produc : & curtam consona duplex,
Post curtam muta & liquida anceps carmen habebunt.

De vocali ante vocalem.

Est brevis ante aliam Latii. E, ducito quinta.
Deme fides, res, spes, sio cum R breviabit.
Ius anceps patrius : brevis alter, profer aliud.

De Præt. & Sup. dissyllabis : & geminatis.

Præteritum produc dissyllabon, atque supinum.
Sed fudit à fundo, & scidit, & bibit, & tulit arctant.
Do dedit atque datum : sicuti status : adde quitum, citum :
Et ratus, & rutus, & fitus, & satum, itumque litumque.
Quod geminat, binas breviat : nisi cedo, pepedi.

De

De Quantitate Syllabarum. 19

De Præpositione in compositione.

Longa A, DE, E, SE, DI, PRO. Sed RE
curtat ubique.

Curta A : PRO Græcorum : procul, atque
propago, protinus,
For, festum, fanum, fundus, propero, profiteris,
Et profugit, proneposque, profecto, procella, ficti-
for,
Propello variat, propino, profundo, procure.

De Incremento nominis.

Casum, qui rectum transcendit, crescere di-
cas :

Hæc breviant monosyllaba; bos, crux, daps,
duce, fax, grex,
Lar, Lybs, mas, nax, nix, nux, ops, par, pes,
phryge, pix, prex,
Sal, scobs, scrobs, stips, stryx, styx, triabs, trux,
vir, vade, vix hæc.

Corripe A : junge O, INIS. Duc neutrum
AL : EL, quoque junges.

Duc N : præter INIS lätium. Ex ON con-
sule Grajos.

R, brevis. AR neutrum tendit; sed corripe
bachar.

Et jubar, & neellar. TER Græcum duc: &
iberos.

OR, tendit. Breve neutrum : Græcum : tum
memor, arbōr.

ATIS ab AS, produc. Sed anas, & ES,
breviabunt.

Longa hæres, merces, locuples, quies : Attica in
ETIS.

IS,

20 *De Quantitate Syllabarum.*

IS, brevis : absque IT IS. Duc OS: breve *compos* & *impos*.

US retinens U, longum est : *intercus*, pecus aufer.

S, breviat ; sed PS Græcum, mage tendit, ut *hydrops*.

X, in G IS breviat. Longum AX: hic consule Grajos.

EX retinens E, longum est : IX, OX, UXque sequuntur.

Curta filix, fornix, coxendix, histrice, natrix, Tum cilia, & erix, calicisque, larixque, varixque,

Cappadocis, praecoxque, salix, & onyx : Caput adde.

Crescens plurale A, E, O, produc: I, U, curta.

De incremento verborum.

Ultima vocalis, quam dat persona secunda, Primi præsentis tibi sit primum incrementum. A, longum est. DO, DA breviat, compostaque primæ.

E longum est RAM, RIM, RO, cum BE-
RIS & BERERE curtant,

Et lego, & legerem, in primis *legere* imperat, infin.

I, breve, ut erimus, eritis; perfectaque prima.

I, longum ante U: mox quartæ incrementa priora.

Anceps fit RIMUS, RITIS. Duc volo, ve-
lim, sim.

O, crescens, semper producitur. U, bre-
viatur.

Di

De Quantitate Syllabarum. 21

De Accentu.

Accentum in se ipsa monosyllaba dictio ponit.
Exacuit sedem dissyllabon omne priorem.
Ex tribus extollit primam penultima curta.
Extollit se ipsam quando est penultima longa.

De figuris in carmine.

Vocalem perimit verbi Synalœpha prioris,
M, perit Ellipsis, cum vocali præunte.
Syneresis binas jungit, cui, devenit, & insidem.
Syllaba (ut aula) divisa, Diœresis esto.

De ultimis Syllabis.

O anceps. Longa AS, ES, OS : monosyllaba N, A, V, C, I.

Exceptiones.

B, D, T, anc. In breve : Es, is, quin, cis,
fac, bis, quis, os, offis,
Net, ne, que, vel, ue, per. Alt fer, vir, hic
masculus, anceps.

Curtat A per casus : hinc tamen excipe sextum
Et quintum, cuius rectus producit, ut Hyla.
Et breviabis ita, eis, quia. GINTA financeps,
E, Græcum : & quintæ casus ut postridie duc,
Adde fame longis, valde, fermeque, fereque,
Junge secundæ adverbia (sed male cum bene
demtis.)

Longa doce, & similes. Vide, cum vale, cave
anceps.

I, Græca in tercio & quinto brevia: addito
Moly.

Sed

22 De Quant. Syllab. & Constructione.

Sed nisi , ubi , quasi , ibi , miki , cum tibi
fitque sibi anceps.

O Græcum : O que secundæ duc. Adverbia
curtant.

EN dat IN i s curtum : velut ON non
ternæ , ut Abydon:

Attamen & tamen ; AN quartus , modò rectus

A præstet.

ER , ER I S Græcum (addis iber) duc : Cel-
tiber anceps.

Græca AS , A D I S breviant : as & es plu-
ralia Græca.

Curta ES I T I S : penes : haud aries , abies , pa-
ries , ceres.

IS , I T I S duc : plurale I S : I S verba , quæ
in I T I S .

OS breviat Græcis : latinis compos & impos.

US , retinens u , longum est : Græcaque
cuncta:

Et quartæ casus. Sed rectum deme priorem.

DE CONSTRUCTIONE

C Onstructio , (quæ Græcè Syntaxis dici-
tur) est debita partium orationis inter se
compositio.

Dividitur in Concordiam & Rectiōnem.

Concordia triplex est , Substantivi & Adje-
ctivi : Nominis & Verbi personalis : Rela-
tivi & Antecedentis.

Substantivum & Adjectivum numero , & casu
consentient ; ut , malum corvi malum ovum.

Sæpiissimè desideratur substantivum ; ut ,
Non posteriores feram . Triste lupus stabulis . Dicenda
tacendaque tales.

Sæpe plura adjectiva uni adduntur substan-
tivo ;

tivo ; ut ,
una pars
Nominis
personalis
est tensa p
est princeps
sicut . Ver
Schiller . sib
Petrarca
qui , sic , is
locutus int
rum antec
tantum , c
Vidi homini

Sed El
est ; ut ,
quicunque n
est , qu
artem no
illuz ; qu

Si rel
plum in
tiva po
Effusa ,
Ludi fner
Tantus
sunt Rela
tatur , ut

Duo ex
sunt verbis fi
reformis ; u
li , sed talia



tivo; ut, Superioribus proximis diebus. Charissimus tuus parvus filius.

Nominativus in numero tantum cum verbo personali convenit; sed omnis nominativus est tertia personæ verbalis, præter ego, quod est primæ, & tu secundæ; ut, Deus est. Illi sedent. Virtus laudatur. En Priamus; Ecce homo; scilicet adest vel venit.

Relativum est signum rei antecedentis; ut, qui, hic, is, ille, ipse. Relativum semper collocatur inter duos casus nominis unius, quorum antecedentem refert in genere & numero tantum, cum altero convenit ut adjectivum; ut, Vidi hominem, qui homo sedebat.

Sed Ellipsis alterius casus hic frequentissima est; ut, Odi sapientem, qui sibi non sapit. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat; syntaxis est, quisque se exerceat in hac arte, quam artem norit. Hujus generis sunt parentheses illæ; (qua tua est humanitas) (qua vestra libido est.)

Si relativum, vel, verbum, vel partici-
pium inter duo nomina propria, vel appella-
tiva posteriori respondeat, Græcum est; ut,
Est stella, qui Mars dicitur. Hæc urbs vocantur Athene.
Ludi fuerunt Megalesia appellata.

Tantus, quantus, talis, qualis, tot, quot, non
sunt Relativa, sed quodlibet suis verbis adap-
tatur, ut, Vidi caseum tantum, quanta est rota.

De Sui, & Suis.

Duo ex Relativis propriè Reciproca sunt;
Sui & Suus: quibus tantummodo utemur,
cum verbi suppositum prius aut principalius
referimus; ut, Ariovisto Cæsar dixit non se se Gal-
lis, sed Gallos sibi bellum intulisse.

V v

Sed

Sed si nulla potest contingere ambiguitas, hoc præcepto non astringimur; nunquam autem continget, ubi est prima vel secunda persona; ut, *Cepi columbam in sido suo*, vel *eius*, vel *ipsius*: nec etiam in his, & similibus, *Regis est gubernare suos*. *Natura admotus homines sue sortis.*

Hoc nomen **QUISQUE**, trahit ad se reciprocum; ut, *Justitia tribuit suum cuique*. Cum hac præpositione **INTER**, dicimus; *Contenti docti inter se*: & *contentio est doctorum inter se*, vel *inter ipsos*.

De rectione casuum.

Genitivus possessorum semper significat, id que activè aut passivè. Semper à nomine regitur; ut, *Letatio librorum Ciceronis*. Sed nomen, unde regitur, sèpissime subtricitur: quod ignorantes Grammatici, docuerunt, verba posse regere genitivum; ut, *Accuso te fortis*; *Magni emisti*; *Regis est gubernare*; deest criminis, pretio, officium. Dicimus item; *Venit in mentem illius diei*; *castra aberau bidui*; cum in animo haberem navigandi; supple recordatio, iter, propositum.

Quinque sunt verba, quæ genitivum regere videntur, *miseret*, *tædet*, *pudet*, *piget*, *pamit*: sed genitivus à nomine, quod in his verbis intelligitur, dependet; est enim (testē Prisciano) *Miseret me tui*, miseratio tenet me tui: & *pamitet me peccati*, pœna peccati me tener.

Illa vero Græca omnino sunt; *Desine querelarum*. *Abstine irarum*. *Implege ollam denariorum*. *Eges medici*, *Eo ad Minervæ*. Græco item more in

afsum.

De rectione casuum. 25

in genitivis locorum , deest locus , urbs , vel oppidum ; ut , *Natus Romæ. Ægypti educatus. Domi manet. Humi sedet. Item , domi bellique clarus ; supple , tempore : Sed si addas adjectivum , genitivo locus non erit ; ut , *Natus in magna Roma. Cubat in dura humo. Dicimus tamen , domi meæ , tuae , suæ , nostræ , vestræ , alienæ.**

A iquando genitivi duo ab eodem nomine pendent ; ut , *Magna est hominum querela tue superbia : sed frequentius alterum genitivorum in possessivum mutamus ; ut , Nocturna lectio librorum. In Ciceronis Tusculana villa. Mea præceptoris officia. Vesta multorum diligentia. Meum præedium Prisciani. Contra Vallam ; nam meus , tuus , suis , nihil differunt à ceteris possessivis.*

Dativus semper acquisitionem significat , seu ultimum finem , quare cuivis orationi aptè jungitur ; ut , Aristotelis spongæ sentiunt. Utilis capiti. Amicus mihi. Petitur tibi argentum. Mibi ita videtur. Non cernitur ulli. Cede , vel decede majori. Væ vittis. Tibi expeait. Mihi non convenit.

Duplex etiam dativus reperitur ; ut , Sum tibi dicto audiens. Deiegi mihi locum domicilio. Reliqui mihi pignori vestem. Datur tibi hoc vitto. Tu tibi id laudi ducis. Habes me tibi despiciui , despicatu , frustratu .

*Accusativus aut est infiniti suppositum , aut acti vorum appositorum , aliter semper à præpositione penderit : Nam in tempore & mensura , & locorum propriorum nominibus deest præpositio ; ut , *Vixit annos centum , vel per annos centum. Natus ante annos centum. Pendet aries libras triginta. Latus vel longus ulnas duas. Eo Romam. Tendit Italianum ; sic Rus , & domum.**

V v a

Duos



26 *De rectione Casuum.*

Duos ejusdem rei, accusativos multa verba recipiunt. Duos diversæ rei accusativos nullum verbum admittit, ut mox dicetur.

Vocativus nullius est personæ verbalis, sed rem designat, cum qua sermonem communicamus, ideo non regitur, est enim veluti extra contextum orationis.

Ablativus à præpositione pender, sed eleganter illa multis modis subtitetur. Nam in comparatione (ut, *dicitur Cicerone*) dicitur *Præ:* in instrumento, vel modo, *Cum*; ut, *Saxo percussit; Egit insidiis: in pretio, Pro*; ut, *Magnō emisi: in tempore, De, vel In; ut, Hora prima; Tribus annis.*

In ablativo quem falsò *absolutum* vocant, si sit personæ, deest *Sub*; ut, *Philippo rege; Me præceptore: si verò aliarum rerum, deest A, vel In; ut, Leōnis tuis literis canarimus. Legendis carminibus fies poëta.*

Huic adverbio *UNDE*, respondet, *A, vel Ab; ut, Palaeo metu. Vacans curia. Prædictus virtute.* Sed in frequentiori usu hæc solent amittere præpositionem:

Prosequor, impertit, caret, affice, dignor, egitque, Vicit, utor, vescor, fungor, potior, fruor, alget. Implendi, ornandi, spoliandi, judiciique.

*De Nominibus Adjectivis, Comparativis,
& Superlativis.*

A *Djecliva* nomina (participiis exceptis) nullum casum regunt: Nam quando dicimus; *Romanorum primi; Romanorum decimissimi;* deest ex

ex numeris, ratione; integrum. Graciam que quidam. Vacans corda supplebit. In Contra. Cum causa; minorem bi numerum. In Superlativis efficiuntur; mero Grati-

Dicitur diam, etes, on natis; ut cionem.

P Enfor perso dom. Legi uscariò hi Tu dices. A dicitur. Adje Aliquam imponitum. Quatuor, q uatuormodi no, in pri-

De Construct. Verbi, & Personal. 27

ex numero. Illa vero, plenus rimarum; lassus viarum; integer vita; sceleris purus; cupidus honoris; Graeca sunt, quibus deest graeca praepositio *en*: qua apud illos genitivum regit. Dignus honore; Vacuus curia; Vicius pharetra; Frumento copiosus; supple Ab.

In Comparatorum ablativis deest *Præ*; ut, San-
ctior Catone: quo in loco particula *QUAM*, no-
minativum, vel accusativum tantum juxta ver-
bi naturam postulat.

In Superlativis & Comparatis genitivus ille par-
titionis est, non comparationis; ut, Romano-
rum priores; Graecorum doctissimus; id est, Ex nu-
mero Graecorum maximè doctus.

De Constructione Verbi.

Diximus Constructionem dividi in Concordiam & Rectionem. Si concordiam spe-
cetes, omnia verba sunt Personalia, aut Imperso-
nalitia; ut, Ego lego. Me legere. Si vero re-
ctionem, Activa, aut Passiva.

De Verbis Personalibus.

Personale, seu finitum verbum est, quod
personas, numeros, & tempora finit; ut,
Amo. Legissem. Personale verbum semper & ne-
cessariò habebit ante se nominativum; ut,
Tu doces. Nos percutimur. Illi frigent. Vos pescamini.
Abite. Adesum.

Aliquando infinitum, velalia oratio, verbi
suppositum est; ut, *Fugere vitium est virtus.*
Quaritur, quis primus naves invenerit. Tribus
autem modis suppositum solet intelligi: pri-
mo, in primis & secundis verborum perso-

V V 3 nis;

28 De Construct. verb. pers. & activ.

nis; ut, *legis*, *vivimus*: secundo, in verbis ad famam pertinentibus; ut, *ajunt*, *ferunt*, *praedican*: tertio, quum in verbo latet suppositum ejusdem rei; ut, *pluit*, *lucescit*, scilicet, *pluvia*, *lux*. Quibus adde quinque illa verba (quæ falso dicuntur impersonalia) *miseret*, *tedet*, *pudet*, *piget*, *pænitet*, scilicet, *misericordia*, *tardium*, *pudor*, *pigritia*, *poena*, ut diximus.

Multi recti singulares per Syllēpsim figurantur plurale verbum exoptant dignissim personæ; ut, *Si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valens.*

Si post verbum personale sequatur nomen ad suppositum pertinens, erit nominativus; ut,
Lego invitius.

De Verbis Activis.

Activum verbum est, quod actionem significat; ut, *Vivo. Amplexor. Memini.* Semper & necessario transit in accusativum; ut, *Amo literas: Sic delectat, juvat, decet, oportet, refert;* ut, *Hoc refert mra negotia,* id est, representat. Sæpe pro accusativo infinitum, vel alia oratio, ponitur; ut, *Nolo tuum velle. Dico tibi ne temere facias.*

Verba activa duplicita sunt, quædam enim
transfunt in varios accusativos; ut, amo, lego,
percuto: alia (quæ falso neutra dicuntur) uni-
tantum accusativo cognatae significationis ad-
hærent; ut, vivo, servio.

Hic autem accusativus cognatus (ut Pleonasmum effugiamus) rectius subtiliter; ut, *Filius tuus dormit, currit, gratulatur, jocatur, gaudet*; scilicet, somnum, cursum, gratulationem, jocum, gaudium: Sic ego, indigo, vapulo, nascor, orior. Qui tamen accusativus ne-cessa-

cessariò apponitur, si addendum sit adjektivum; ut, *Duram servis servitatem*. *Hilarem vitam vivis*. *Cantilenam eandem canis*. *Consimilem luserat ille ludum*. *Judicarvit judicium inelytum*. *Endymionis somnum dormis*.

Aliquando proprius accusativus transit in metaphoricum; ut, *Corydon ardebat Alexin*. *Nubes pluant justum: terra germinet Salvatorem*.

Accusativi me, te, se, ferè non apponuntur quoties suppositum & appositum idem sunt; ut, Illa jam lavit, Nupsit regi; Nox præcipitat; Emerxit ex malo; Bene res vertat; Volventibus annis; deest se, vel etiam accusativus cognatus. Credo tibi; Indulgeo tibi; scilicet, me.

Multa verba per cumulum gerinant ejusdem rei accusativum; ut, *Deum vocamus patrem. Præsta te virum. Facinus te arbitrum. Dedit agrum dotem: & similia.*

Duos verò diversæ rei accusativos nullum verbum regit. Nam in altero illorum Græco more deest *ναῦ*, id est, *circa*, *juxta*, vel *secundum*. Tales verò accusativos nullum verbum respuit; ut, *Quid me accusas? Quid me horres?* *Nihil me timeas. Plurimum te amo. Multa me incusas. Multa gemens ignominiam. Nanç id operam do. Insuerit pater hoc me.*

Dicimus *spargo*, vel *sterno solum herbis, & herbas solo*. *Defendo*, vel *prohibeo aëstum capellis, vel à capellis, & capellas ab aëstu*. *Dono te corona, & tibi coronam*. *Celo, vel doceo te hoc, & te de hoc, & celo tibi hoc*. *Posco te veniam, & à te: sic omnia verba poscendi*. *Inrudeo te multa, & tibi multa*. *Hoc deces te, vel tibi*. *Præfio, præsolor, antecedo, antefio te, vel tibi*. *Deficiunt, & latent me pecuniae, & mibi pecuniae*.

V V 4 Eripio

30 De Construct. Verb. Pass. & Subst.

Eripio tibi, &c à te pecunias. Impertia te bono, & tibi bonum.

De Verbis Passivis.

Passivum verbum est, quod passionem significat; ut, Vivitur, Curratur. Passivum verbum nihil praeter suppositum desiderat; ut, Virtus laudatur. Tua res agitur. Accusativus activorum hic semper erit suppositum, nec unquam aliter: Sed si supprimitur in activa, etiam in passiva subtiliteretur; ut, Curritur. Vivitur. Egetur.

Si duo sunt ejusdem rei accusativi, ambo mutantur; ut, Voco te poëtam: Tu vocaris poëta. Video te tristem: Tu videris tristis. Si vero sunt diversæ rei accusativi, ille tantum mutatur, qui non dependet à præpositione; ut, Docete artes: Tu doceris artes. Moneo te justa: Tu moneris justa. moneo tibi justa: Justa monentur tibi. Nam falsò quidam docent, dativum in nominativum posse verti.

De Verbo Substantivo.

Sum, es, fui, (cui sio vel suo adnumerantur) nec activum nec passivum est, sed utriusque radix & fundamentum, habet utrinque nominativum; ut, Deus est charitas. Fili, esto febris. Esto tu Cæsar amicus. Dicimus, Patris est, vel patrum est castigare; Regis est, vel regium est gubernare; & subintelligimus, officium, munus, negotium, sive consilium. Non tamen dicimus, Mei est, sed meum est; quia genitivi Mei, tui, sui, nostri, vestri, primitiorum in hac parte locum non habent, ne pariant ambiguositatem.

Quod

De Co

Quod
cimus,
gubernat;
ralen,
tunc illi
satius ne
cups; ut,
id el. gu
ter officia

Sepe u
adheret;
Dicienda mi
cure. Cu
libis, &
fuerit,

I Mpe
I quo
que ter
Legge,
piole,
amari,
sum.

Imp
sativus
gere libra
termina
enim pro
figere, id
id est, al
punt, id
canundun
punt, ic
id est, an

De Construct. Verb. Subst. & Impers. 31

Quod si accedat præpositio INTER, dicimus, Patris interest castigare; & Regis interest gubernare; & subintelligimus accusativum pluralem, negotia, officia, sive consilia: Nec tunc illis quinque genitivis utimur, sed accusativis mea, tua, sua, nostra, vestra, cuja vel cuius; ut, Non mea, sed regis interest gubernare, id est, gubernare non est inter mea, sed inter officia regis.

Sæpe uni aut duobus dativis acquisitionis adhæret; ut, Sunt mihi amici. Tacendum est tibi. Dicenda mihi causa est. Hoc erit tibi lucro, honori, curæ. Cum nomine Opus dicimus; Opus est mihi libris, & libri sunt mihi opus: Et opus est factio, & facere.

De Verbis Impersonalibus.

IMpersonale, seu infinitum verbum est, quod neque numeros, neque personas, neque tempora finit, & determinat; ut, Amare. Legisse. Et est duplex: Perpetuum, & Particiale. Perpetuum est, ut, amare, amavisse, amari. Particiale; ut, amandi, amando, amatum.

Impersonale verbum semper antecedit accusativus, sæpius subintellexus; ut, Volo legere libros; Volo libros legi. A nulla parte determinatur, ut putant Grammatici: semper enim pro nomine capitur; ut, Virtus est vitium fugere, id est, fuga vitiorum. Tempus est abire, id est, abitionis. Et cantare pares, & respondere parati, id est, cantui & responsioni, vel ad cantandum, & respondendum. Non tanti empoenitere, id est, poenitentiam. Dignus amari, id est, amore.

Vv 5

Si

32 De Construct. Gerund & Supin.

Si post verbum impersonale nomen sequatur ad suppositum pertinens, erit accusativus; ut; *Malo dici divitiam, quam avarum habens.* Præceptoris interest esse probum. Non expedit tibi fieri judicem. Utor amico cupiente iustum. Sed hic frequentissime Græcos imitamus; ut, *Cupio dici doctus. Vis haberi probus.* Illa vero, *Non vacat mibi esse quieto;* Licet esse beatis; Latinos canones excedunt, ut in Hellenismo dicetur.

De verbis Participialibus, Gerundis, & Supino.

A Mandi, amando, quum accusativum habent, Gerunda verba dicuntur, eo quod à passivo participio in *dus*, gerantur & gubernentur.

Olim à participio in *dus* quatuor voces gerabantur, quæ regerent accusativum; ut, Petendum est causas: Petendi causas: Ad petendum causas: Petendo causas. Nunc vero vocibus in di, & do, dabitis accusativum. Nam, habendum est canes, & ad legendum libros; nimis antiqua sunt.

Cæterum voces in di, do, dum, si accusativum non habeant, passivè significant, sunt enim participia passiva in neutrali terminazione: In quibus deest substantivum aliquod, aut nomen verbi, quod est infinitum; ut, Legendum est, scilicet, legere: nam quemadmodum (teste Prisciano) bona est lectio, & bonum est legere, non differunt; sic tempus est legenda lectio, & tempus est legendi, idem sunt. Ali quando tota oratio pro substantivo est; ut, Creditum est, vel credendum est, Ciceronem fuisse poëtam.

Deest.

De Con-

lent co-

Albenas

est endi-

nubere,

qui, id e-

famini, i-

deri, di-

suantur

id est, u-

rium imp-

licui pecu-

marium bo-

scilicet,

Ama-

sipine,

sum ac-

bis mo-

te is pr-

me pœ-

Vox

junctum

passiva

Greci lib-

P Arti-

tunc,

pud subi-

pus temp-

participiu-

ci dormienti-

teria et,

cuius genit-

Primu-

nd & Sipin.
male nonen fene
ns, erit accusativus
curam habens. Pre-
expedit tibi fieri quod
d hinc frumentum
spes datur. Pa-
neat nunc eis quod
pones excedunt, i-

Grundū,
un accidivum ha-
bent, et quod
gente & gende
u quoniam vocis
accidivum; i-
causa: ad hanc
anc vejo noctua l
vum. Non solum
liber; nisi an-

de, don, & scio
vē signum, &
in nemis cur-
oblationis alijs
i est rīm, &
gere: amante
bona et h. a. non
sic temp. & aqua
idem int. &
oblationis et c.
et: Curram plo

Deb.

De Construct. Ger. Sup. & Partic. 33

Deest quoque substantivum in illis, quæ solent conturbare Grammaticos; ut, *Missas est Athanas erudiendi gratia*, scilicet, erudire, quod est eruditio. *Virgo maturuit nubendo*, scilicet, nubere, id est, nuptui. *Cantando riempitur anguis*, id est, cantando carmine. *Utrique videnda feminā*, id est, visu facta, quasi videndo videri, dum videtur. *Sallust*. *Quum Jugurtha vocaretur ad imperandum*, scilicet, imperare, id est, ut imperaretur, vel, ad sibi imperium imperandum: dicimus enim, *Imperare alicui pecunias*. *Inter agendum capras*, & ante domandum boves, non dicimus: sed *ante domandum*, scilicet, domare.

Amatum, verbum *supinum* dicitur, quod *supinè*, id est, negligenter agat, ac penè otiosum ac supervacuum sit: semper jungitur verbis motum ad locum significantibus; ut, *Cur te is perditum?* *Latebras quaestum venisti.* *Admitte me spectatum.*

Vox *iri*, in passiva tantum huic supino coniunctum non significat motum, sed idem quod passivum infinitum, cuius est supinum; ut, *Credo librum*, *vel carmina letum iri*, id est, legi.

D Participiis.

Participia suorum verborum casum admittunt. Junguntur aliis verbis: sed præcipue substantivo per omnia tempora: & cuius temporis verbum fuerit, ejusdem ferè & participium erit; ut, *Excita dormientem*; *excitavi dormientem*; *excitabo dormientem*; *dicturus fui*; *dicturus ero*. *Jussus feci*; *jussus faciam*. *Abstinui à causis agendis*; *abstinebis à causis agendis*.

Primum participium passivum significat passio-

34 De Construct Participial & Præp.

sionem; præter passa, quæ ab activis in or descendunt; ut, *Amplexus hominem*; *Pertusus ignoriam*: Quædam actionem, & passionem, sed diversa syntaxis; ut, *Comitatus illum*, & comitatus ab illo. *Pransus*, *canatus*, *potus*, nomina sunt.

Participium in *das*, perpetuò passionem significat; ut, *Plectendus*, *pænitendus*: *veniendum est*; *dicendi*; *cantando*; *ad orandum*. Frustra querit Valla, quando admittat, aut respuat præpositionem: nam sequitur suum substantivum; ut, *Accipi puerum docendum*; & *accepi ob puerum docendum pecunias*. *Currit iterandam viam*; & *currit ob præmia obtinenda*.

De Participialibus.

Participia tribus modis fiunt nomina: Constructione; ut, *Doxus juris*. *Juris peritus*. *Alienius appetens*. *Amans uxoris*. Tempus est legendi librorum: Comparatione; ut, *doctior*, *amantior*: Compositione; ut, *indolitus*, *indiligens*.

Sunt quædam nomina quæ participia videntur; ut, *Populabundus agros*; *Vitabundus castra hostium*: item illa; *Ocreatus*, *Laureatus*, *Tunicatus*; sed hæc à nomine, non à verbis ducuntur. Et illa antiqua; *Quid tibi hanc tactio est?* *Quid tibi hanc rem curatio est?* forte deest *næ*.

De Præpositione.

Præpositio ante verbum non semper intrat compositionem, sed fertur in casum ultiorem; ut, *Hercules interfuit homines*; & *Homines interest societas*. Cicero; *Que si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est*. *Secunda*;

neca; *N*qua super dies inter Cicero; *Auctoritate rem uita Cæsar; Re simili cunctis Sicut, apfra interfugia negata, renda.*

Præp harant, ablative sub, sup In, f sativum in numeri dum sicut capitul præcepto quid in in portu

Sub, f ut, *sub* et literas nus ablatur Dicimus, quando si neque; id saper, pri ficer frumento sit hoc lac vum; in

neca; Nihil interest, hos, & illa Horat. *Villa* quæ super est Claudi caspors: idem; Ne quid medios intercint aetus: idem; Cum sol Oceano subest. Cicero; Hic tibi Cato rostra advolat. Tacitus; Advolvitur genua illius. Horat. Utinam intererem unda leones: idem; Desine interludere virgines. Cæsar; Exercitum Rhenum traducere. Livius; Haec Sicularum quarelæ demos primum nobilium circumdatae. Sic; Interfluere urbem, mania, exercitum, apud Curtium: sic, Mea interest; Vesta interfuit; pro, est inter mea, scilicet, negotia. Et haec ad Anastrophen sunt referenda.

Præpositionum quædam semper accusativo hærent, ut, ad, apud, &c. quædam semper ablativo, ut diximus: haec vero sunt dubia, in sub, super, subter, & clem.

In, significans motum, seu transitum, accusativum regit, ut, *Via dicit in urbem*. Hanc mihi in manum dat: & cum actio differtur; ut, *In dum istuc erit*. Præsens in tempus omittat: & cum capitur pro contra, vel erga, ut, *Ingratus in præceptorem*; In parentem pius: cum significat aliquid in loco fieri, regit ablativum; ut, *Ego in portu navigo*.

Sub, si motum significat, accusativum amat; ut, *Sub terras ibi imago*. Sub galli cantum. Sub eas literas recitatæ sunt tuae. Sine motu frequenter ablativum; ut; Sub pedibus, Sub judice. Dicimus, sub idem tempus, & sub ipsa die. Aliquando subintelligitur; ut, *Cesare duce*; Platone magistro; id est, sub Cæsare, sub Platone.

Super, pro de, ablativum poscit; ut, *Multa super Priamo rogantes*, *Super Hectorē multa*. Cic. Sed super hac re minis. In reliquis ferè accusativum; ut, *Fama super æthera notus*. Dicimus, super

36 De Construct. Adverbii.

super fronde, & super arbore, si quietem significamus: super arborem, si motum.

Subter, poëtice tantum reperitur cum ablativo; ut, Subter densa testudine.

Clam, & Clanculum, Accusativo junguntur; ut, clam uxorem, apud Plautum; clanculum patres, apud Terentium: cæterum ablativo magis gaudent.

De Adverbio.

Adverbia nullum omnino casum regunt, nisi pro nomine capiantur; ut, Crutum tenus. Abundè gloriæ. Ubique gentium. Satis testium. Pridie ejus diei. Postridie ludorum. In reliquis est ellipsis; ut, O curas. Hes nibi. En Primus. Ecce homo. Heu me. Væ vietiis.

Ubi, significat locum sine motu: cui respondent hic, istuc, illuc, ibi, intus, foris, utrobique, passim, nulquam, infra, subitus, necubi, ubiubi. Respondent etiam genitivi proprietatum locorum finiti in AE, vel I; ut, Romæ, Toleti, Aegypti, Cypri, Siciliæ. Item, domi, militiæ, belli, humi; in cæteris respondemus per ablativum, expressa vel tacita præpositione; ut, Rue eft; in toga; in pace; Athenis, Carthaginæ. Elide, Ptolemaide.

Quo, significat motum ad locum: cui respondent huic, istuc, illuc, eo, illo, intro, foras, quoquò, peregrè, obviam: & accusativi locorum, expressa vel tacita præpositione; ut, Eo Romanam, vel in Romanam. Venit Italianam. Sic rus, & domum, vel in domum, urbem, hortum, larem,

Qua, significat motum per locum: cui respondent hac, istac, illac, quaqua, quacunque, quavis, quaqua versus: & ablativi cujusvis loci,

ta.

D e C o n s t r u c t . A d v e r b & C o n j u n c t 37

tacita præpositione; ut, *Vagatur Italia. Vehitur flumen*, vel *per flumen*.

Unde, id est, à quo loco: cui respondent *binc*, *istinc*, *illinc*, *inde*, *emimus*, *cominus*, *alicunde*, *necunde*, *foris*, *undecunque*: & ablativi cuiusvis loci, expressa vel tacita præpositione; *ut*, *Cælo*; *de cælo*. *Roma*, *de Roma*. Sed si ablativus sit personæ, non erit sine præpositione; *ut*, *Unde emisti?* à *mercatoribus*. *Unde est puer?* à *fratre*.

Quorsum, ad locum & ad alia refertur: cui respondent *horsum*, *istorsum*, *sursum*, *deorsum*, *rursum*, *prosum*, *dextrorsum*, *sinistrorsum*, *aliorum*, *retrorsum*, *introrsus*, *quoquo versus*, *venum*, *pessum*.

D e C o n j u n c t i o n e.

Conjunctionis officium est, *sententias* connectere, non similes casus, aut verba; *ut*, *Emi librum dragma, & minoris*, scilicet, *pretio* *emi*.

L A U S D E O.

Addenda & Emendanda.

PAg. 2. v. 33. *Nam qui nomina casu facta &c.]* Sine ullo dubio, quod Auctor mox ait, *cujuslibet nomenclature in omni idiome ready potest ratio aliqua, licet nobis ignota, sed tamen & illa ipsa ratio saepissime sita est in casu & fortuito arbitrio hominum vulgarium, neque semper naturam rerum, quae vocabulis significantur, nec adhuc habitum a prudentibus consilium in imponendo rebus suo nomine praefert. Plura vide infra ad pag. 561.*

Pag. 5. In Notis ad extr. adde.] De usu in abusum degenerante saepius infra, p. 72. 208. 210. 221. & maxime 225. 226. tum 265. Audi Senecam ep. 114. Adjuce nunc, quod oratio certam regulam non habet; Consuetudo illam civitatis, quae nunquam in eodem diu stetit, verfat.

Pag. 7. Adde in Notis ad extr. Rationem Sancti collegisse videor ex iis quae tradit p. 397. Nempe in primis & secundis personis rustice, nisi discretae aut alia impellente causa, apponi suppositum, & proinde rectius subticeri. Non itaque rejicit ne amare Deum, ut suspicabar, sed ne Ego amo Deum Verumtamen nec haec locutio rejicula ipsi simpliciter est, sed tum, si nulla impellat causa; quod proinde & hic expressis debuisse, ut posset intelligi. Nam quamplurimae dantur occasiones loquendi, quibus recte ne Ego adhibeas cum suis verbis.

Pag. 17. In Notis ad extr. Adde. Ultima tamen syllaba nunquam habebat tonum, seu nunquam acuebatur aut circumflectebatur, ut discrete tradit Quintilianus. 1. 5.

Pag. 19. In Notis v. 18. Sicuti in quamplurimis aliis fecit; Adde. Vide & infra pag. 27. ubi ex antiquo Mensai ortum ostendimus Mensae & Mensa. Sed imprimis pag. 584.

40 Addenda & Emendanda.

Pag. 28. In Notis ad extr. adde. Quæ heic notata & disputata vides contra sextum Græcorum casum, dudum jam typis descripta erant, cum incidit demum in Gallicanam illam Novam Methodum Linguae Græcæ; in qua Lib. VIII. c. 2. deprehendi magno item conatu id agi, ut sextus ille casus Græcis quoque adseratur, itidem ut Latinis. Rationes itaque ejus præcipuas nostræ sententiae adversas paucilo prestiti & intentius examinabimus. Et primo quod ait de admirabili consensu inter lingua Græcam & Latinam hac quoque in re futuro, si utrique sex casus tribuantur; fateor euidem, magnam & esse, & statui debere inter illas linguas plerisque in rebus convenientiam, cum Latina vere ex Græca sit orta. Sed ista convenientia non est querenda in ipsis Latinæ lingua temporibus, quibus jam longius recessit à sua origine, verum in iis, quibus proprius ad eam acceslit. Non itaque ex hujus lingue posteriore usu, addendus est Græca sextus casus, non magis quam septimus, quem tandem quoque Grammatici Latinorum sunt commenti. Sed potius ostendendum, primis temporibus Latinam item nos habuisse nisi quinque casus, ut Græcam, id quod, ni fallor, clarissime ostendi; Plane sicuti tertia litera Alphabeti apud Hebreos, Græcos, & Latinos olim revera eadem fuit; sed postea apud Latinos una illa litera coepit primum diversimode pronunciari, dein vero etiam nota quadam in duplicem illam pronunciationem distingui, & sic tandem in duas diversas evadere literas Alphabeti Latini, tertiam & septimam, & ita quidem, ut recentior pronunciatio pristinum in Alphabeto locum & pristinam figuram C retineret, vetustior novum locum & figuram G. acciperet. Heic ergo ut convenientia ostendatur inter utramque linguam, recurrentum est ad illa tempora, quibus nondum in usu fuit litera septima, seu quibus litera tertia septimæ via & sonum adhuc habuit, sicuti paret ex

Insc.

Addenda & Emendanda. 41

Inscr. Duilliana, ubi *MACISTRATOS, Exfaciont, Pue-*
nando, Cartacinienses &c. occurunt. Similiter itaque
 quod ad Casus, lingua Latina tunc maxime convenit
 cum Græca, quando sextum casum nondum habuit,
 & quando uterque & tertii, & sexti casus usus habet in
 uno tertio, itidem ut apud Græcos. Sed sicuti re-
 cessit in tertia litera à Græcis, formando ex una
 illa duas, sic item in tertio casu, eum distinguen-
 do tandem, pro duplice ejus apud Græcos & pri-
 mitus etiam apud se usu, in duos diversos casus,
 peculiai terminatione, sed exiguae differentiæ, in
 quorundam solummodo singularibus discretos.
 Absque eo enim si esset, seu nisi evenisset qualis-
 cunque differentia terminationis pro diverso tertii
 casus usu, mansisset in utroque illo usu apud Lat-
 inos æque ac Græcos unus idemque casus: sicuti
 forte etiam nunc mansisse censendus est, dicen-
 dumque solummodo, unum illum casum pro du-
 plici suo usu, quem primitus habuit, levi tantum
 discrepantia fuisse, non semper, nec plerumque,
 sed aliquando distinctum. De quo utcunq; sit,
 hoc certum, ex levi illa terminationis differentia;
 quæ in quibusdam invaluit, factum esse, ut apud
 Latinos pro diversis habeatur casibus, qui olim
 unus idemque fuerat, sicuti est, semperque fuit
 apud Græcos. Sed dicit Auctor *Methodi*, diversi-
 tatem terminationum non facere differentiam ca-
 suum, quia sic Neutra non haberent nisi tres ca-
 sus in singulare & plurali, & Græcorum Dualis
 tantum duos. Verum eadem ratione negaverit
 Generis Grammatici Numerum esse constitutum ex
 triplici terminatio Adjectivorum, quia illa tri-
 plex terminatio rarissime occurrit, nec nisi in No-
 minativis & Accusativis quorundam Adjectivorum,
 & longe sc̄pius duplex solummodo, immo & sim-
 plex terminatio. Aliter & rectius sentiunt omnes
 Grammatici, quin & ipse Sanctius quem in his se-
 quitur, cap. seq. pag. 38. *Si non essent*, inquit,

42 Addendo & Emendanda.

nomina *Adjectiva*, nemo quereret genus Grammaticum, neque si nomina *Adjectiva* unam tantum haberent terminationem. Sicut ergo in confessio est, ex triplici terminatione, quæ reperitur in quibusdam casibus nominum *Adjectivorum*, quæque singulariæ peculiarem usum habent, & peculiariter tantum generi Substantivorum jungi possunt, ortum esse triplex Genus in arte Grammatica: & sicuti sufficit reperiri in quibusdam tantum casibus illam triplicem terminationem, ad constitendum illud triplex genus: & sicut denique non recte inferretur, quia Genitivus *τοῦ Docti*, *Docta*, *Doctum* habet tantummodo duplificem terminationem, *Docti* & *Docta*, eum proinde non habere triplex genus, seu usum & constructionem triplicis generis; cum potius inde colligendum esset, Masculinum & Neutrum in eo casu convenire in unam Terminacionem; sic prorsus ex eo, quod reperitur Nomen apud Græcos flexum in quinque diversas terminaciones, quæ singulariæ peculiarem etiam usum & constructionem habent, recte statuitur & affirmatur numerus casuum totidem, quot reperiuntur alicubi istiusmodi terminaciones: & sufficit in quibusdam casis reperiri. Neque ex eo quod non reperiuntur in omni Nominе, aut omni Nominis Genere vel Numero, inferendum, vel non habere illa tot casus, vel Casum doctrinam & numerum non esse constitendum ex numero diversarum terminacionum, in quas nomen plerunque flectitur, quod vult Auctor *Methodi*, ut probet, plures etiam dari Casus, quam reperiuntur in ullo Nomine terminaciones, seu Dativi terminationem, licet semper eandem apud Græcos, duas tamen apud eosdem constituere casus. Certe apud Græcos quinque solammodo reperiuntur terminaciones diversæ, quæ singulariæ peculiarem habent usum, & proinde, nostra quidem sententia, etiam quinque solammodo sunt casus; quorum primus quasi dicit orationem,

& pœ-

Et primitum
Nomine Sol
tioni & co
Actio. Qu
tionis tre
sum, quind
ut ratio app
tivum Sanctu
ne alibi
casu, Geniti
vus, que q
igia necessar
Casus stave
positionib
prout vel
Idolis Pra
magis qu
Datus in
ni & per
culsum
dit actio.
Prepositio
que ration
tum had
sed solo
est ea qui
la tam
proinde et
sentum, q
men idcirco
mibus, no
quom itidem
placito. &
Prepositiones
ne libidin
pem, etiam
but. Vide
quar tan &



Addenda & Emendanda. 43

& præmittitur verbo. Secundus pendet ab altero Nomine Substantivo, Tertius accedit omni Orationi & constructioni; Quartus regitur à verbo Activo. Quintus adhibetur ad vocandum. Præpositionibus Græci nullum peculiarem tribuerunt casum, qui inde *Præpositionis Casus* appellandus esset, ut rectius appellatum iri censem Latinorum Ablativum Sanctius & Auctor Methodi: Sed Præpositiones distribuerunt potius in tres præcipuos obliquos casus, Genitivum, Dativum, Accusativum. Jam vero, quæ quoſo est illa rei natura, quæ me subigit necessario, ut volunt, in omni lingua sex Casus statuere, vel potius Dativum adimere Præpositionibus, & eandem terminationem Dativi, prout vel adjungitur aliis Orationis partibus, vel solis Præpositionibus, pro diversis habere Casibus, magis quam illas Accusativi vel Genitivi? Atqui Dativi unicus usus est, inquit, ut notetur, cui fini & operi quid destinatur. Ego vero similiter Accusativum assevero proprie notare id, in quod tendit actio. Et tamen recipit ille omnium consensu Præpositiones, quidni ergo & Dativus? Nulla itaque ratione justa moti sunt viri Doctissimi, cum tanto studio Græcis assere voluerunt Ablativum, sed solo præjudicio ex Lingua Latina perito. Sed est ea quidem, ut dixi, ex Græcia orta, nonnulla tamen etiam immutavit, vel ex suo addidit; & proinde etiamsi Latini tandem formaverint casum tertium, quem à Græcis non acceperant, non tamen idcirco addendus is est Græcorum quoque Noninibus, non magis, quam séptima Latinorum litera, quem itidem Græci non habent, Græcorum Alphabeto. Sed & Latini Genitivis non præmittunt Præpositiones: An ergo & iis Græcorum Genitives spolhabimus? Quid? quod ipse Sanctius, licet peroram, etiam antiquis Latinorum Genitivis eas tribuat? Vide infra II. 3. Quid ergo cause ipsi, quare non & Dativis ex ejus sententia præmitti

X x 3

queant,

44. *Addenda & Emendanda.*

queant, tum à Græcis, tum olim etiam à Latinis, quando nondum fuit ex uno eo casu duplex factus, seu Dativo pro diverso ejus usu duplex terminatio data? Certe olim fuisse etiam Latinis unum casum unius terminationis, licet duplicitis usus, æque ac Accusativum & apud Græcos etiam Genitivum, ab unde jam in Notis nostris probavimus, quibus adde, quæ ipse Sanctius infra lib. II. c. 7. de promiscua Ablativi tertiae declinationis terminatione in E & I. disputat, unde patet, etiam illam Ablativi terminationem fuisse olim in I. æque ac solennem Dativi Latinorum & Græcorum. Sed & ea terminatio quasi propria manxit quibusdam locutionibus nominum proprietum, *sum Carthagini* &c. & similiter *sum ruri*; quarum nulla alia est construetio quam Elliptica præpositionis pro *sum in Carthagini*, *sum in ruri*. De Dativo & Ablativo quartæ & quintæ declinationis quæ notavi, iis addi velim, vel animadverterem potius; licet prisci etiam in Dativo dixerint *Fructu*, *Die*, tamen antiquorem & origini Græcanicæ propriorem esse formam *fructui*, *diei*, ut quæ ex Græcorum iota adscripto orta, plane ut *mensæ* in prima declinatione: sed sicuti in Ablativis Latini deinceps omiserunt I. sic & prisci aliquando fecerunt etiam in Dativo, qui & ipsi Ablativum quoque ista forma enunciarunt. Varro lib. I. de re rust. *A quo, quod indigent potui, poma diæta esse possunt.* Vide Nonium cap. IX. n. 20. ubi hic locus & aliis ex Sisenne adfertur. Atque adeo Dativi & Ablativi in hac quoque parte quandam esse convenientiam; diversamque unius Dativi pronunciationem, dum modo apponebatur I. modo demebatur, in versum tandem casum apud Latinos abiisse, ex his quoque liquet. Adeo vero hæc manifesta & clara arbitror, ut auctoritatibus veterum Grammaticorum nec adstrui desiderent, nec refutari queant. Possemus cæteroquin illis Grammaticis, quos ex H. Stephani, & P. Rami, & Prisciani auctoritate me-

mo-

danda.

Addenda & Emendanda. 45

morat Auctor *Methodi*, alios opponere, quos laudatos vides apud Vossium de Analog. l. 45. nostræ sententiae farentem. Quintiliani auctoritas non magis potest valere pro Sanctio & Auctore *Methodi* ad dandum Græcis sextum casum, quam contra eos ad septimum addendum, quem ipsi tamen rejiciunt contra illius auctoritatem; & summo quidem jure, sed non majore, quam quo nos explodimus sextum Græcorum; nam certe neutiquam magis ei credendum in alienæ linguae rationibus, quam in suæ. Exempla que Auctor *Methodi* ex Græcis adfert aliter construi & exponi possunt ac debent. Posterioris τῷ δὲ ιπποκράτει ὅντι τοῦ τὸ διλίον αἰσιδῆ τηγγιλθη, manifeste Pleonasmum preferit Græcis frequenter. Auctor. XIII. 17. πάντας οὐδὲν, εἴφ' οὐτι ιππεκέληται τὸ ἕπομεν μη λέπτη ἀντίστη. & XXIII. 27. τὸν ἀνδρέα τετός &c. ἐξελέγουνται τούτοις. In priore τῷ, αἱ τροποβαλλομένοις jungit cum τῷ, Αναγνωριζε & construe ἀναγνωριζεται τροποβαλλομένοις λέγεται. Etenim quamplurimis sane modis Dativus adjungitur Verbis & Nominibus, imprimis apud Græcos. Sed si maxime eadem esset in illo loco Dativi constructionis, & sensus, qui est Ablativi absoluti apud Latinos, quid tum? An idcirco ex illo rarissimo & controversio Dativi in hunc modum usum, conficiemus statim, cum etiam Græcis esse Ablativum, quum utique ceteroquin apud eos Ablativis absolutis Latinorum perpetuo respondeat Genitivus, quem nemo tamen propterea pro Ablativo habet? Sed satis de hisce non ita magni momenti rebus, excutiendis tamen hic, & explicandis paucis uberioris, quoniam tanto studio in contrarium nituntur hodie plerique Grammaticorura:

Pag. 31. In Notis versu 5. Lege, non item diversarum terminationum vocabula:

Pag. 32. In Notis v. 5. Lege. & sic usum suæ lingue &c.

Pag. 33. v. 3. Alibi docuimus. Vide & infra pag.

X x 4

560.

46 Addenda & Emendanda.

560 Ceterum hæc disputatio non valde apposita videtur huic loco , siquidem nihil impedit , quo minus unum vocabulum ex gr. *homo* significet ex æquo unius generis marem & foeminam , non quidem simul uno in loco , sed diversis in locis , modo marem , modo feminam.

Ibid. v. 12. quasi adjectum esset *Mas*. Non id voluit Sanctius nec velle debuit. Sed istæ vocabula vere esse masculina per se , seu per causam suæ terminationis , vero adhibeantur in genere feminino , tunc per Ellipsis intelligendum esse , quasi iis appositum , *femina*. Sicuti *Aquila* &c. e contrario fine illa Ellipsis fit feminum , sed si de Marc in genere Masculino adhibeas , tunc etiam intelligi per Ellipsis *mas* , cui respondeat terminatio Masculina Adiectivus.

Pag. 34. in Notis v. 11. adde in parenthesis , Vide & infra pag. 425. 426. 427. Mox v. 16. Lege : Solo masculino genere etiam de femina , *hic sacerdos* , ut *hic passer*. *Communia* tamen aliquando , sed rarius , sub uno item masculino genere , & una constructione designant feminas. Vid. p. 37. quamvis potius forte dicendum sit , potiori genere utrumque genus designari , & proinde comprehendi etiam feminas , in primis , pluralibus Masculinis ; cuiusmodi sunt , qua illic ut &c. ad pag. 540. ex Auctoribus adferuntur. *Epicæna* autem non sunt nisi illorum animalium , quorum sexus discretio vulgo non est nora , & id illum , circa illa animalia utriusque sexus , dum ignoratur , cuius sexus sint singula , uno Grammatico genere promiscue plerumque designantur. Reliquorum animalium vocabula sunt *Communia* utriusque generis Grammatici sub una terminatione : veluti *hic bos* & *haec bos* , *hic canis* & *haec canis* : ita tamen , ut revera sint maxime ejus generis , quod præfert terminatio ; plane sicuti & alia *Communia* , quæ item præcipuum quidem habent terminationis suæ genus , sed tamen id non communicant cum altero sexu , verum ex utroque sexu utrumque genus

nus

Addenda & Emendanda. 47

nus recipiunt sub una illa terminatione. Recte tamen illud Sanctius quod genus *Epicennum* &c.

Pag. 40 v. 9. In Notis Adde. Liv. XXIV. 2. Ut *receptus Crotō Brutiorum* esset. Ad extremum adde. Nam si Ellipsis statui posset in illis masculinæ terminationis & constructionis urbibus, occurret eadem illa aliquando etiam in femininæ vel Neutrius terminationis urbibus, vel certe dici posset per eandem Ellipsin æque *Roma* vel *Brundisium* *receptus ac Crotō*. Sed & quidni propria Nominina reciperent Adjectivum descriptionis, immo & distinctionis? Nam non omnia Adjectiva præferrunt distinctionem. Dum dicitur *Narbo Marcius*, non significatur eo, esse & aliam istius nominis urbem, à qua isthoc Epitheto hæc distinguitur: sed simpliciter eam, cum potuisse fuisse ab alio etiam condita, esse à Marcio conditam. Sed tamen & distinctionis Epitheta quidni convenient nominibus propriis, quando plures sunt, quibus unum illud nomen proprium convenit? Sic utique *Alba Longa* Ascanii fuit dicta, non respectu omnium aliarum urbium, sed tantum aliarum *Albarum*, seu aliarum urbium, quæ item appellabantur *Alba*. Immo & in usitatis nominibus civium Roman. prænomen & nomen Gentilicium sunt vere Substantiva & Adjectiva. Veluti: *M. Tullius* significat illum *Marcum*, qui est ex gente *Tullia*, cum plures essent alii in aliis gentibus. Est autem *Tullius* vete Adjectivum, & proinde dicitur *Tullius*, *Tullia*, *Tullianus*.

Pag. 50. In Notis v. 9. *Stolonibus arborum*. Nolim tamen protinus repugnare ei, qui à *nullus* derivare malit à Gr: πῦλος. Sunt &c., qui à *paellus* deducunt, scil. eadem contractione, quā etiam pro *pueri* reperiuntur. Veteres aliquando dixisse *puri*. Neque sane absurde & illud. Ut adeo incertus hercā de hujus vocabuli vera origine. Ceterum ea ratione, quā *nullus* à *pūllus* deducebam, *pilum* quoque & *pila* à *pīllum* & *pīlla* formata sunt, & hæc à *pīsendo*.

48 Addenda & Emendanda.

Pag. 55. v. 6. Non est adverbium à sèpe. Est fane à sèpe, sed ita ut à Dulce, Dulciss, à Triste, Tristiss; Et hinc colligendum erat non sepus olim fuisse in usu, ut ait Sanctius, sed sepis, sèpe.

Pag. 63. in Notis v. 12. Adde. Vide me & infra p. 205. 206. & imprimis 226. tum 318. 319. & patet, sic satis recte appellata Impersonalia à Grammaticis, siquidem usus vulgi, penes quem est arbitrium & norma loquendi. & qui non sequitur in his Platonem aut Aristotalem, ita haec sèpe adhibuit, ut vix ullus Nominativus, nisi forte solennis ille Negotium, possit intelligi: & proinde sine ulla relatione ad aliquam personam dicantur, illa præsertim, quæ passim habent formam; sed simpliciter actionem, quæ sit, significant. Vide pag. 319.

Pag. 73. v. 7. Adde in Parenthesis. Vide & infra pag. 340.

Pag. 84. v. 41. Lege.] Præterea dominatur in his etiam Casus, qui facere potuit, ut in Participiis magis retentus sit illè cum Ellipsis Accusativus, quam in aliis Nominibus: Certe & fecit, ut Acc. &c.

Pag. 85. v. 8. Lege. In iis in desuetudinem abiit.

Pag. 110. In Notis v. 3. Adde. Et nos pluribus infra ad pag. 568.

Pag. 115. In Notis v. 4. Adde, Vide & infra ad pag. 390.

Pag. 121. In Notis ad extr. Adde. Justin. v. 9. Milites in auxilium patriæ communis eloquentie misit. c. 10. Mittunt Legatos; qui portionem præde communis belli periculique mitterent. IX. 2. Impensæ obſidionis portionem petens.

Pag. 125. In Notis ad extr. Adde. Vossius de Construct. c. 36. qui priorem locutionem per modum Hellenisini admittit, sed in sequioris rei tantum Scriptoribus, hanc posteriorem, jubeo te ut facias, prorsus Latinam non esse asseverat; haud satis recte, ut ex allatis heic locis apparet, nisi velimus in Festo quidem intelligere Infinitum, in prioribus Ac-

cu-

culativum exp

Nam simile p

me veniat q

Pag. 130. h

ad pag. 146. h

Pag. 155. h

Pag. 147. h

Et quatuor t

habet Petrus

Pag. 151. h

Sic Sec. Tib.

etq.

Pag. 155.

nit & Sancti

cuius & in h

Mersuā p

Pag. 156.

etum ipsu

Pag. 161

Etius cogit

perit eti

administratio

Indice Frei

Pag. 187

animu

Pag. 209

infra pag

Ibid. v. 21

tionem ali

nam & oīn

centem vid

fuit offende

Pag. 206.

plenus hec

Ibid. v. 27.

opponit & no

Pag. 111. h

Ibid. v. 13.

cu-

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Addenda & Emendanda. 49

cusativum exponere, sicuti sit à me cap. seq. p. 130.
Nam simile prorsus est, *velim illum corrum*, ut ad
me venias, quod istuc attuli.

Pag. 130. In Notis ad extr. Adde. Vide & infra me
ad pag. 146. & 546. & Sanctum pag. 549. 550.

Pag. 135. In Notis v. 6. Vide & infra pag. 524.

Pag. 147. In Notis ad extr. Adde. Florus III. 10.
Et quamvis toto orbe divisa, tamen, qui vinceret,
habuit Britannia.

Pag. 151. In Notis v. 15. ad *nuntia quum &c.*] Sic Suet. Tib. 60. In paucis diebus, quam Capreas
attigit.

Pag. 155. In Notis v. 8. Adde. Atque ita expo-
nit & Sanctius hasce locutiones infra pag. 399. si-
cuti. & in seq. Ciceronis loco intelligit Ablativum
Mensurā pag. 450.

Pag. 156. In Notis v. 33. adde. Et in primis San-
ctium ipsum infra pag. 395. 396.

Pag. 161. Nota priori subiunge. Adde his que San-
ctius cogessit pag. 536. 537. Sed vel in primis hoc
pertinet etiam locus Flori IV. 2. 47. Sed nec minus
admirabilior exitus illius belli. Cui familia videbis in
Indice Freinsheimii in v. Minus.

Pag. 187. v. 6. Lege. Benevolum tuum ac amicū
animum, quo tu alium complectēris.

Pag. 205. v. 11. In Notis Adde. Vide & omnino
infra pag. 392. 393.

Ibid. v. 15. adde. Cujus tamen constructionis rationem
aliam, quam hic attubimus, sed unice ve-
ram & nihil hac pertinentem aut pro Sanctio fac-
cientem vide infra pag. 223. Verum id animus
fuit ostendere, nullam &c.

Pag. 206. In Notis v. 13. Ante se exigit] Vide
pleniū haec pag. 224. & seqq. 229. & 318. 319.

Ibid. v. 27. adde. Et infra Sanctum pag. 398.
queque & nos ibi notavimus.

Pag. 211. In Notis ad extr. adde. Ut & Gel-
lium XV. 13.

Pag;

50 Addenda & Emendanda.

Pag. 220. v. 14. In Notis adde. Ab eorum conspectu, Atque &c.

Pag. 289. v. 12. Non significat ipsam Theben] Significat tamen Theben interfecisse eum, licet non sua manu. Nam quod quis per alium facit, ipse facere censetur. Atque hinc etiam in Activis locutionibus sepiissime aliquis fecisse dicitur, quod per alios factum est, ipsius voluntate & iussu. Sueton. Aug. 65. Nepotem in insulam transportavit: non ipse utique Augustus manibus suis, sed per alios suo iussu. cap. 94. Cæsar castris locum capiens, quem sylvam cederet. Sallust. Catil. 24. Pecuniam Fæculas ad Manlium quendam portasse dicitur Catilina, qui tamen ipse tunc urbe neutiquam excederat. Actor. XXII. 19. οὐτε ιγώ οὔπον φυλακίσσω, Εἰ δέ τις πι- τεύονται ισι οἱ. Posterius, ut per alios factum, accipi debet. Vide & Rupertum ad Pompon. de Or. juris cap. 16. Similiter itaque & Thebe dici potest interfecisse maritum suum, licet id fieri curaverit per alios. Et illud est, quod vult Cicero, & quod dicit, dum ait, *Ab ea est interfactus*. Quæ proinde locutio omnino convenit cum illa Activa, atque adeo Ablativus cum præpositione A vel AB post passivum idem vult & significat, quod Nominativus ante Activum.

Pag. 329. v. 32. Corrige: Unde non possum non improbare.

Pag. 353. v. 1. In Notis Lege: Simpliciter etiam pro affirmatione. Mox v. 6. Di illum infelicit.

Pag. 354. v. 35. elidatur] Sed nihil videtur in Feste mutandum. Nam sicut ille Tame pro tam in carmine, haud dubie Saliari, positum ait, sic Scaurus in lib. de Orthographia agens de Adverbio *Quum*, tradit: *Antiqui pro hoc Adverbio Cum dicebant, ut Nunca in Saliari carmine.* Ceterum sicuti hic *Quam* & *Tam* ab *ñ* & *rñ*, scil. *ñqas* deduximus, sic infra pag. 600, signiliter plane

Quum

Quæ & Ima-
mus, que
originem in-
multa in his
ut & in pag.
tis & inde
Notis pro agen-
guanique, leg.

Pag. 220. In
lata in fopp. pr.

Pag. 446. v.
lipis Lydemi,

Pag. 506. v.

rum quidem

tantum quod

rede possit

h. e. cum

Sab. ipso hys

e. cum holl.

in recessione

cum Ablati-

Sub illa Pre-

ficiunt Prae-

tenditur, ut

rum notet

Sub lepe in

Tempus, &

five proxim.

cat.

Pag. 511.

Negativis tan-

quique, in qui-

tandem, etiam

alio recte, quæ

intelligatur; si

cum Verbo co-

secutum est

Faciat hoc eti-

am.

Addenda & Emendanda.

51

Quam & Tum ab ⁸⁷ & ¹⁰⁷, scil. ^{1250¹⁰⁰} derivamus, quæ inter se composita, altera alterorum originem invicem confirmant. Vitia sane quam multa in has pagellas operarum culpâ irrepserunt, ut & in pag. 363, 364. quæ vide quæsto in Erratis & inde corrigere. Atque ita etiam pag. 457. in Notis pro negotium legitur neque, pag. 359. pro quandoque, legitur aliquando.

Pag. 375. In Notis ad extr. adde: & pleraque alata in seqq. paginis à Sancto loca.

Pag. 446. v. 16. in Notis Lege: statuendaque Ellipsis Lyckni, quam mox præfert Scioppius.

Pag. 506. v. 14. Sub etiam capitul pro Post Verum quidem hoc, sed non nisi in actione, quæ tantum quod facta est, exprimenda. Quapropter recte possit dicere, sub lectis literis veni in Senatum, h. e. cum lectæ paulo ante essent, Florus III. 6. Sub ipso hostis recessu in aquas suas resiliuerunt, h. e. cum hostis tantum quod recessisset, & pene adhuc in recedinge esset occupatus. Proprie autem Sub cum Ablativo significat præsens Tempus; Veluti Sub illo Præside, h. e. cum ille Præses esset. Sed sicuti Præsens Tempus in Verbis ita aliquando extenditur, ut modo etiam Præteritum, modo Futurum notet: (Vide supra pag. 67. 77. 97.) sic & Sub fœpe item, non modo illud ipsum Præsens Tempus, sed & quod proxime ei conjunctum est, sive proxime præcedat, sive sequatur, significat.

Pag. 521. In Notis ad extr. adde. Usum ergo in Negativis tantummodo locutionibus habet hæc Ellipsis, in quibus Negatio ad commune Verbum tendens, etiam utriusque membro communis est, ut adeo recte, quando in uno est expressa, in altero intelligatur: sicuti intelligi non potest, si nusquam cum Verbo conjuncta, vel Verbum ipsum, aut sententiam integræ locutionis respiciens reperitur. Faciunt hoc etiam illa loca, cujusmodi apud Justin.

52 Addenda & Emendanda.

fin. IX. 2. quod missis à se in auxilium ejus militibus ne sumptum quidem via, non modo officii pretia, dederit. Negatio, quæ est in priore membro, manifeste respicit, seu tendit in Verbum dederit, & proinde sicut in posteriori membro conſtruendo & explicando repeti debet verbum, sic & Negatio cum Verbo conjuncta; ac si plenius fuisset scriptum; Non dederit ipsum viæ sumtum, non modo officii pretia non dederit: seu, non modo officii pretia non dederit, sed & ipsum viæ sumtum non dederit. Confer cum hoc loco Justin. II. 1. 6. ut non modo primæ generare homines, sed ne advenas quidem tueri possint. In loco Ciceronis Catil. I. legendum est omnino, quod ego non modo non audiam, sed etiam non videam, sicuti edidit Gruterus, & monuit Cujacius.

Pag. 554. In Notis ad extr adde. Sueton. Calig. 13. Sic imperium adeptus, populum Romanum, vel dicam, hominum genus voti compotem fecit. Ubi ex conjectura Vir summus rescribi velit compotes, sed ut ex allatis à Sanctio locis quilibet videre queat, sine causa, quem satis ferat eam locutionem usus.

Pag. 585. in Notis ad extr. adde: quæ nempe petita est ab indulgentia avorum in Nepotes.

IN-